



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

De filiorum educatione, familiaq[ue] regenda. ca. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

uitutis, & si bene recteque sibi consultum volunt, audi-
ant versiculum illum a pueris in schola, in foro, in om-
nibus compotis ventilatum:

Si voles apte nubere, nube pari.

Sed neque nimis formosam ducendam esse aiunt, nec ni-
mis deformem, ne vel hanc habeas despectam, vel illam
suspectam. Ea ergo placeat, cuius media inter istas
erit species, ut nec multos allucere, nec tibi non gra-
ta esse possit, ac proinde utriusque vestrum & pudicitia
tutor maneat, & animus omni sublata suspicione tra-
quillior, & ad mutuam propensior charitatem. Necque e-
nim illi concorditer queunt pacificeque viuere, qui inter
se de connubij fide dubitant, & zelotypiae vitio vel ma-
ritus mœchum, vel vxor pellicem imaginatur acti-
met.

De filiorum educatione familia que regenda Ca. X,

Post hæc optimos habere liberos gloria est paren-
tum. Patris igitur matrisque erit officium, ex se
genitos non ad luxum, sed ad modestiam educa-
re, non blanditiis emollire, sed castigationibus cohibe-
re pie religioseque instituere. plectere si deliquerit, lau-
dare si bene obtemperanterque se gesserint. Incrépatio-
nibus, minis, verberibus a vitio deterrere, exhortatio-
nibus ad virtutem promissisque accendere, exempla vitæ
alienæ, alia quæ fugiant, alia quæ imitentur propone-
re, magis de moribus ipsorum quam de sospitate solici-
tari. Reliquam quoque familiam ita gubernare, vt eo-
rum q domi sunt, sobrietas, parsimonia, frugalitas, te-
stimonium sit integratæ industriæque dominorum.
Super omnia autem omnes domestici, siue liberi sint, si
ue serui, doceantur deum timere, proximos diligere ne
minem odisse, nulli nocere, bene omnibus optare, et cui
possunt benefacere, iniuriae non meminisse, sed pro ma-
lo bonum reddere. Magni profecto meriti apud deum
erit, talem se in educandis liberis regendaque familia ex-
hibuisse, sicut econtrario præcipuae indignationis atque

De charitate Liber V 340

odii neglexisse, & patris vel matris familias personam gerendo suum non obiuisse officium. Ait enim beatus Apostolus; Si quis suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Quod si par crimen est, fidem negare, & eorum quibus praes paruipendere salutem, nene par erit & criminis vindicta pœnaque commissi? Quisquis igitur alios regendi officium suscepisti, caue maxime ne otio atque ignauia deditus illud fastidias, neue gregem cuius es pastor lupis laniadum dimittas, & perditæ ouis sanguis de manu tua requiratur. Corripe delinquentes, instrue ignoros, protege infirmos, liberare cōtende periclitantes, indigentibus victui necessaria compara, denique si præmio non duceris, pœnam time, quæ illis debetur, qui fidem negarunt.

1.Tim.5.

De fornicatione vitanda. Ca. XI.

Et quoniam matrimonio prætulimus viduitatem, viduitati virginitatem, nihilq; horum malum es se diximus, contraria quoq; in mediū producēdā sunt, ut viri fœditate offensi, cupidius v̄tutib. incuba mus. Virginitatem amittere, quid est alind nisi ab ipsa angelicæ conditionis celsitudine ad nosiræ mortalitatis humilitatem, descendere, & cum spiritu corporis carni finiri? Similis angelis eras virgo dum nescires corruptionem, iuncta es viro honestis nuptijs, fateor non peccasti, facta es tamen de spirituali carnalis, de cælesti terrena, de auro purissimo æs vilissimum. Iam non potes venienti Christo sposo cum lampade accensa occurrere, nec inter sponsas eius censeri, virginū ille spōsus est, non corruptarum amator. Et licet non repellat conjugatos coniugij iura seruantes: primo tamen loco habet virgines (ut dictum est) secundo viduas, vltimo maritatas. Quod de altero sexu dicimus, de vtroq; sentimus. Prior ē apud deū q; sc̄eminā nescit, deīn q; post cognitā castitatis votū suscipit, postremo ille q; gignēdæ prolis gratia matrimonio seruit, & pudicitia atq; charitatē genitali thoro debitā colit. Hæc sunt tria illa hominum gñia, de quibus in euangelio dicitur; Tunc duo

Virginitas.

X 2